

Monroy.

Acta

61



Eandem ad manus nras legitimè perueniunt Provincia nra Hispania, Acta Congregⁿⁱ. intermediæ, quæ quidem incepta fuit mense februario anni 1677. in Conuentu nro S. Mariæ de Arcoha prope Matritum, continuata vero, ac finita mense Octobri eiuſdem anni in Conuentu nro S. Domini Beneuentano, itaque vicinim debita cum ſubmiſſione petitur, et longè expectatur de manu nra eorundem Actorum Officioſa Reuiſio, et ſolemne inſtituta Confirmatio, quam eo Copioſius, et iuſtius promerentur, quo magis in ipsis non ſine ingenti nra Complecencia deprehendimus inſignem Relig^{is}. et Obſervantiæ Zelum ex plerique ibidem Ordinatis perſpicuum, quali decebat grauiſſimam illam Provinciã, quæ ut pote prima totius Ordinis eſſe debet Exemplum, atque idcirco Reliquarum in accuranda Regulari Diſciplina.

Nihilominus hinc inde paucula quædam annotauimus, quæ peculiarem exigere videntur attentionem, quæque ſi paulò Clariùs nobis explicentur fortane omnem apud nos heſitandi materiam facile ſubmovebunt.

Primum eſt pag. 16. Vbi denunciatur facta electio Diffinitorij et Socij pro futuro proximo Capitulo Inti. At nobis hactenus non conſtat, an forte hæc Prov^a. poſt Caputulum Romanum anni 1622. obtinuerit facultatem aliquam Specialem, qua poſſit in Cong^{ne}. intermedia talem facere Electionem, quam videlicet Communes Ordⁿⁱ. Leges Congⁿⁱ. intermediæ non permittunt, prout cauetur Ordin^{ne}. 12. præſcripti Capⁿⁱ. pituli Romani.

Secundum eſt pag. 17. Vbi Complures acceptantur gradus. Hanc vero acceptationem eatenus tantum approbamus, quatenus illi, qui nominantur

obtinendum

Ibidem acceptantur, Singuli per Patentes à Mro Ordinis ad huiusmodi Reuera fuerint iam ante promoti, et non aliter.

Tertium pag. 18. Expositionem ad legendum pro Gradu, et forma Magisterii administrandi, dummodo in ea obtexentur ad Inguem Conditiones, quas Exigit Axius Constitutionum, dist. 2. Cap. 14. S. 8. in fine, eiusque declaratio ibidem sub Litera I. necnon Capitulum Generale Valentinum anni 1627. ordinat. 20. Item cupimus nobis explicari, quid sibi velit illa dictio Exclusio apposita huic Expositioni, de qua nunc agitur.

Quartum pag. 19. instituuntur pro diuersis Conuentibus Predicandi Literae. Vixum obstat allegata Superius Ordinatio 12. Capituli Romani, quae talem seu Creationem, seu institutionem prohibet Congregationi intermedie, nisi adfuerit Indultum Apostolicum Speciale, quod an gaudeant Literae Praedicatorum, nobis adhuc incertum est. Quod si tamen Indultum forsitan illis habeatur, nequaquam intendimus huic nec illi alteri Concessioni Apostolicae Refragari.

Quintum pag. 21. cum dicitur: Vbi fuerit Infirmaria, videtur in dubio Relinqui, num in singulis huius Praedicatorum Conuentibus Extra Communis aliqua Infirmaria, cum potius indispensabile, certissimumque esse debeat, haec ubique commodam, et bene instructam Praedicatorum. Unde Mediolani 1505. Ordinatio 8. Constitutum fuit, quod si cubicula, et edificiorum. Id quae sub pena absolut. Praedicatorum Severissime incusat Capitulum Generale Romanum anni 1644. admonit. 4. Videndum igitur, ut amplius de huius tam necessariis Legi Observationibus non possit ullibi dubitari.

Sextum pag. 31. decernuntur aliqua Privilegia Locis exemptis etc. pro Magisterio Novitiorum. Verumtamen circa hoc punctum ordinationem intermedie Congregationis pronunc tanisper suspendimus, donec ad Provinciam Acta nuperitimi Capituli Generalis perveniant, quibus

hæc Ordinatio pro Uniformitate debet amplecti.

Septimum pag. 33. in medio; Cum dicitur, teneatur Confirmationem
Electi notificare elapsis 12. diebus. Utique non videmus, ad quid huius
notificatio precipue tot diebus differri debeat, aut retardari. Quin potius
ordinandum erat, quod predicta notificatio ultra terminum 12. dierum
non differatur. Vel si fortitan' ite sui sensus ab Ordinatio intentus
hoc meliori tenore aperiri explicetur.

Octavum pag. 45. in fine observamus duas lineas inducto calamo
deletas. Et pag. 48. in principio expungitur nomen inapertum Subprioris
instituti, aliudque nomen deinceps inapertum Subrogatum. Cauenda
hæc exant in Actis, quæ fidem mereri debent, nec sponte illam
reperiuntur. Similiter in eiusmodi instrumentis, quæ Magistro Or-
dinis mittuntur, et submittuntur.

Nov. denique Vni obinet, quod Actorum Libello ad Magistrum
Ordinis determinando post Provinciatem subscribat quoque Secreta-
rius Capituli vel Cong^{nis}. Id vero in his Actis omnium est, ac in pos-
terum non omittatur.

Supererunt paucim alia minutiora, vel etiam non nihil obscura, in-
pleniusque elucidanda, sed de his commodius agetur per occasione
Litterarum. Interim Acta istius intermedij Cong^{nis} quoad
Residua et Vbiunque alias Constitutionibus Aplicis hactenus
emanatis non repugnant, presentium tenore utique auctoritate
Officij approbamus, et Confirmamus. In nomine Patris, et
Filij, et Spiritus Sancti amen. Atque in fidem. Rognel
die 22. Ianuarij 1678.

obtinetur

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]

